



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ad Leonem X. Pontificem Maximvm

[Straßburg], 1519

VD16 L 3409

Eckivs Impvgnator.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34717

NEM ECKIUM THEOLOGVM.

ne cæteras scripturas, hac male intellecta, ut Faustus legem
Moysi laceffat & rumpat. quoniã præmissis non obstat Aug
gust inus contra Iulianum libro quarto, cap. iij.

CONCLUSIO secunda R. P. D. Martini Lu
therij ex uerbis euangelicis.

Quod uerbum pœnitentiã de pœnitentiã sacramentali,
id est, confessionis & satisfactionis, quæ sacerdotum mini
sterio celebratur, non potest intelligi.

ECKIUS IMPUGNATOR.

Interiorem pœnitentiã magnã esse, Christus & omnes Christiani
docuerunt. Siquidem deus cor aspicit & uoluntatem. Vidua hoc do
cet, quæ minuta duo in Gazophylaciũ misit, & plus omnibus misit
D. iesu teste. Est enim uoluntas in anima, sicut regina in regno.

D. ANDREAE BODENSTEINII, AR
chidiaconi Vuittenbergensis apologeticæ
propositiones, pro reuerendo Pa
tre D. Martino Lutherio.

- 1 Veruntamen cum Eckius in secunda contra nos conclus
sione, idcirco magnam interiorem fecit pœnitentiã, quod
uoluntatem reginam suorum actuum dicit, ostendit se uel
ignorare literas sanctas, uel eis aperte contradicere.
- 2 Nam uoluntas nostra nõ est regina & domina eorum o
perum, quæ deus ut uoluntatis essent, fecit. Nisi liceat cum
audaculo Eckio securitatem uoluntati promittere, contra
prophetica & apostolica documenta.
- 3 Idem Eckius se ignorare ostendit, quod pœnitentiã est
donum dei, quod deus in nobis operatur.
- 4 D. Eckium hac scriptura satis confutari existimo, quam
Hieremias adidit, Conuerte me domine & conuertar, quia
tu domine deus meus. Postq̃ enim conuertisti me, egi pœ
nitentiã, postquam ostendisti mihi, percussisti femur meũ &c.
Quam legat, & uideat confusionem suam, Hiero. interpre
te, Ambro, & nonnullos alios non sine causa recitemus.

R iij